



Disputatio juridica inauguralis de emptione venditione

<https://hdl.handle.net/1874/345144>

DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS,
DE
EMPTIONE
VENDITIONE

QUAM
FAVENTE DEO TER OPT. MAX.

Auctoritate Magnifici D. Rectoris,

JACOBI VALLAN,

M. D. Praxeos & Institut. Medicinæ Professoris Ordinarii,

NEC NON

*Amplissimi Senatûs Academici consensu, Nobilissimæque
Facultatis JURIDICÆ Decreto,*

PRO GRADU DOCTORATUS

Summisque in UTROQUE JURE Honoribus & Privilegiis
ritè ac legitimè consequendis,

Eruditorum examini subicit.

JACOBUS BALTHASAR THEICK, Marco-Duro Julius,

Ad diem 3. Junii hora locoque solitis.



TRAJECTI ad RHENUM,


Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiae
Typographi, clō lōc xci.

DISPUTATIO JURIDICA
IN
EMPTIONE
VENITIONE

AVANTER NEGOTIUM
JACOBI VALLAN

M.D. THOMAS JEFFERSON
PROFESSOR JURIS
IN ACADEMIA PHOENICIA

JACOBI VALLAN



TRAJECTI ad RHENUM
Ex Officina FRANCISCI HALLMANNI
Typographi, etc. etc.



DISSERTATIO JURIDICA

INAUGURALIS

DE

EMPTIONE VENDITIONE.

THESIS I.



Emptio Venditio est contractus bonæ fidei §. 28. *inst. de act. consensu initus l. 9. ff. de contrab. emp. l. fin. C. de pactis Argto princ. inst. de oblig. ex consens.* De re emptori tradenda, & pretio certo venditori Dando *l. 2. §. 1. sc. de contrab. empt. l. 8. ff. de evict.* Originem suam habet a permutatione *l. 1. ff. h. t.* estque summa ratione intro ductus & non Romanis

4 DISSERTATIO JURIDICA

manis modo sed plerisque omnibus aliis politioribus & humanioribus gentibus fuit usitatus *Genes. 23. comm. 16. § seq. Tacitus de moribus Germanorum l. 15.*

I I.

Sustinetur inter omnes nisi qui natura ut infans, prodigus, furiosus *l. 2. C. de contrab. empt. vel lege specialiter ut pater & filius prohibentur. l. 2. ff. eod.* Mutum & surdum ab hoc contractu non excludimus, cum & consentire & intelligere possit, *l. in quibuscunque 48. ff. de obligat. § act.*

I I I.

Substantialia hujus contractus sunt consensus, res & pretium. *Glossa in l. pacta verb. ex pretio ff. de contrab. emp.* primum ab utraque, *argto. l. 1. ff. de pactis* reliqua duo a parte alterutrius servanda, nempe a venditore res, *l. 4. § 6. C. eod. l. 11. §. 2. sc. de de act. empt. & pretium ab emptore l. 27. C. eod. l. 11. §. 2. ff. de act. emp.*

I V.

Venduntur res omnes quæ sunt in commercio *l. 34. §. 1. ff. de contrab. empt.* tam corporales quam incorporales. *l. 3. C. eod. Universales l. 28. ff. eod.* idque cum omnibus accessionibus *l. 13. §. fin. ff. de act. empt. § seq.*

Non

V.

Non tamen feudum nisi cum consensu domini directi, *c. i. de prohib. feud. alienat.* nec res emphyteutica, quam secundum formam *in l. fin. C. de jure emphyt.* & aliæ multæ l. prohibita recte alienantur, sicut nec rei suæ, *l. neq. pign. 45. ff. de R. i.* nec earum quarum jure gentium non est commercium ulla est emptio *l. 4. ff. de contrab. empt.*

VI.

Consensus utrimque sit in præsens directus, & nuda promissio de incunda emptione contractus non est, *Argumento l. 7. ff. de pactis.* Liber, *l. i. C. de Rescind. vend.* Verus & perspicuus *l. 21. ff. de contrab. empt. l. 33. ff. eod.* & quidem tam in specie, quam materia rei in contractum specialiter ductæ, *l. 9. § II. ff. eod.* unde si aliud pro alio vendatur, venditio nulla est, *d. l. 9.* tam in scriptis quam sine scriptis contrahi notum est, *ex §. sed hæc quidem inst. h. t.*

VII.

Pretium emptor in venditorem transfert in pecunia numerata *§. item pretium inst. eod.* quod certum vel eo ut certa quantitas designari possit relatum esse oportet. *l. 7. §. penul. ff. de contrab. empt. l. si quis ff. eod.*

6 DISSERTATIO JURIDICA

venditionis tamen instrumenta pretio etiam certo non expresse ex generali Germaniæ consuet. cum Gail. 2. obs. 113. defendimus.

V I I I.

Venditorem præcisè compelli ad tradendam rem venditam, si ejus tradendi facultatem habeat licet communis sit sententia, & habeatur in l. ex empt. ff. de act. empt. §. perficiuntur inst. de donat. contrariam tamen hic authoritat. l. 1. §. l. si jactum retis ff. de act. empt. l. si traditio Cod. eod. Liceat promovere.

I X.

Perfecta emptione in specie facta omne commodum & incommodum rei venditæ regulariter ad emptorem, pertinere certissimi juris est, §. cum autem inst. hic. ibique DD. unanimiter.

X.

Sicut emptio venditio consensu contrahitur, sic voluntate contrariâ re adhuc integrâ dissolvitur l. 23. ff. de rescind. vendit. si quid arrhæ nomine datum, tunc etiam utrique licitum est a contractu perfecto recedere l. ult. de leg. commiss. l. 25. de contrah. empt. modo ille arrhas amittere hic

hic duplicatas restituere velit, *Trent. h. t. Thes.*
8.

X I.

Evictio præstanda emptori secundum naturam contractus, etsi partes nihil convenerint *l. 16. ff. de Evict.* cujus finis, ut emptor indemnis servetur.

X I I.

Scienti & ementi rem alienam de evictione venditor non tenetur, re tamen evicta emptori ad repetendum a venditore pretium salvum jus esse dicimus *l. si me & titium ff. si cert. petat. & l. nam hoc natura ff. de condict. in debiti.*

X I I I.

Effectus evictionis est ut emptor consequatur id quanti interest rem evictam non esse. *l. si in vendit. 61. & l. evicta 70. ff. de evict.* Quod tamen non consequetur nisi motam litem ante conclusionem in causa venditori denuntiaverit. *l. 2. C. d. t.* Verum si notorie injusta causa fuerit avifatione opus non est.

X I V.

Cuius re emptori defacto per violentiam & iniustitiam vel injustam sententiam a superiore latam venditor nec rem de endere, nec evictionem præstare tenetur *Gomez. 2. variarum. resol. 2. n. 43. Covarrn. var. 17. n. 7.*

X V.

Sententia lata pro emptore sumptuum compensatorum nomine non dari regressum *contra Part. Ad l. vendit. 102. de V. S. constanter affirmamus per textum expressum in l. si status 18. C. de evict. injuria enim litem temere moventis venditori non imputanda l. si per impruv. 51. in proprio h. t.*

X V I.

Ad quæstionem si, agnatus jure proximitatis rem retrahat, eandem negativam *cum Zoef. ff. de evict. n. 12.* extendimus, data ratione, quod res non avocetur tanquam aliena, sed quod jus municipale præferat agnatum ita *allegat. Zoef. in Tit. de retractu per totum.*

XVII.

Agnatio autem fit vera, nec legalis nec spiritualis consideratur *Jo. Faber inst. de acquirit per adrogat. §. 1. n. 7.* quare nec monasterium loco ingressi nec ingressus admittitur *Anth. nisi rogati*; novitium tamen a retractu non rejicimus, *Cap. 1. de rescript.*

XVIII.

Pluribus ejusdem gradus concurrentibus prorata omnes admittendi *l. cum solus ff. de acquirit. Hered.* quod de re dividua intelligimus, cum alias præ occupationi locus, sit retrahens de familia, & res patrimonialis, ratio retractus suadet, & ita docente *Tyraq. part. 1. n. 14. gloss. 2. per l. sit in empt. ff. de minor.*

XIX.

Ad exemplum actionis ad exhibendum retrahens a tertio rem avocat. *Chass. rub. 10. §. 11.* idque cum fructibus pendentibus, expensis tamen restitutis interim natos & perceptos ab emptore eum sequi vult ratio, & *Zoes. Tit. de Retract. n. 125.* quos vero tempore venditionis pendentes percepit restituendos judicamus *cum citato Zoes. d. loco.*

B

Pactum

I X X.

Pactum de retrovendendo ut oblato intra certum tempus quandoque pretio res restituatur valet, *l. 2. C. de pactis inter empt. & vendit. covarr. 1. variarum Resolut. 9. § 15.* & ad Hæredes transire cum *Gail. l. 2. obs. 2. n. 4. § 5.* aliisque sustinemus, & extraneo cædi potest. *Moll. conf. par. Tit. 1. §. 13. n. 20.*

I I I V X

X X I.

An incrementum Alluvionis si res cum pacto redimendi revendita, ad eum pertineat qui redimit, an ad eum qui revendit, quæstionis est controversæ & nos ad emptorem illud pertinere contra *paulum Castrens. & alios cum Menoch. in conf. 26. l. 1. dicimus.*

X X I I.

Qui revendere promisit nec promisso vult stare ad revendendum præcise compelli posse & lege *2. C. de pactis inter tempt. & vendit.* & ratione probatur. Contractus enim semper inter prætari debet secundum mentem contrahentium, *l. semper in stipul. ff. de R. J.* ac denique in eum modum per quem nemo ex contrahentibus lædatur.

Facta

XXXIII.

Facta autem in venditione enormi laesione *beneficium l. 2. C. de Rescind. vend.* locum habere DD. unanimiter Clamant, quod & emptori contra *cujac.* competere volumus *l. 1. §. sed si emerit. 13. ff. si quid in fraudem patroni l. 46. sc. de solut.*

XXXIV.

Agenti *ex d. l. 2.* si exceptio Melioramentorum ab emptore objiciatur, audiendus, modo sumptus necessarii fuerint & utiles, *ita Bald. in Comment. D. l. 2. quem secutus Ant. Burg. in C. cum causa. x. de empt. & vendit. & habetur in l. intra utile 40. §. vet. ff. de minor.*

XXXV.

Venditione resoluta *ex const. l. 2.* hypothecam resolvi contra *Bart. cum Bald. docemus quem sequitur Tyraq. de retract. convent. §. 3. glos. 1. n. 12.* & habetur *in l. ex vectigali ff. de pignor.* quam doctrinam extendimus ut venditione Rescissa res venditori restituenda sit simul cum fructibus ab emptore perceptis *fabian. a monte de empt. & vend. quest. 8. n. 24. & prob. C. ad nostram de rebus ecclesie non alienandis.*

CO.

CORONIDIS LOCO.

Venditio publice sub hasta facta ob læsionem enormissimam nec beneficio *l. 2.* nec ulla alia ratione evertitur. *l. quæcunque 5. C. de fide & jure Hastæ fiscal.* *l. ult. C. si propter publicam pensitat. venditio fuerit celeb.* usque adeo si etiam bona minorum cum causæ cognitione & decreto publicè sub hasta alienata fuerint. *Berlich. decis. 113. n. 5. 6. 7. & seq.*

F I N I S.

